

se Individuali, Individuum accipi debet duobus posterioribus modis. Et ita quæstio *non est de eō*, quod nos deducat in cognitionem individuorum & per quid nos ea à se invicem distinguere soleamus; neq; etiam quæstio est de principiis, quæ individuum substantiæ materialis, materialiter consideratum, in esse suo constituant, sed de eo præcisè h. l. quæritur, quidnam individuum formaliter, i. c. quatenus individuum est, consideratum, in esse suo, nempe in esse individuali constituant, ei que largiatur hoc, ut sit à quâvis re, siue ejusdem, siue diversæ ab eâ, speciei sit, aliiquid numero distinctum.

§. 3. Quod autem de Individuo formaliter considerato h. l. unicè sermo sit, exinde patescit, quia si de principiis individuum materialiter spectatum, in esse suo constituentibus præsens controversia esset, Autores de principio Individuationis quæstionem hanc non formassent, sed de principiis, quæ hujusmodi individui essentiam, quam

A 3 cum